



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

8. In Praeceptis primae tabulae potest Deus dispensare contradictoriè, in reliquis contradictoriè, & contrariè.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

## PROPOSITIO VIII.

*In præceptis primæ tabulæ potest Deus dispensare contradictorie, in reliquis contradictorie & contrarie.*

9. Sensus est, posse Deum in præceptis primæ tabulæ dispensare, ut liceret eadem ommittere, ut possit quivis data occasione ommittere agnitionem & cultum Dei &c. adeoq̄ Deum dixisse non opus est, ut alteri faciatis, quod vobis fieri non vultis. In præceptis verò secundæ tabulæ posse & potuisse Deum mandare contrarium, ut sint homines quo ad ipsum non solum *exleges*, sed etiam *antileges*, ut nimirum loco istius legis naturalis, Dictaminis & principij. *Quacunque vultis, ut faciant vobis homines & vos facite illis.* Surrogetur istud etiam generale sed adversum: *Quidquid vultis ab hominibus vobis fieri, contrarium facite illis.* Vultis à filiis vestris honorari? sed vos inhonorate parentes vestros: vultis à nemine occidi? sed vos occidite, quotquot poteritis. Vultis, ut nullus

res

res vestras furto, vel rapina vobis auferantur  
 sed quidquid poteritis clam, vel palam  
 aliis auferre, auferte: vultis, ut ad uxores ve-  
 stras extraneus nullus accedat? sed vos, qui  
 si equi emissarij ad uxores proximorum hi-  
 nite; vultis ut nullus contra vos testimonium  
 falsum proferat? sed vos in hypocrisis lo-  
 quimini mendacium, unusquisq; cum pro-  
 ximo suo, & de proximo suo: vultis, ut nemo  
 concupiscat uxores vestras? nemo domos  
 vestras, aut servos, aut ancillas, aut boves, aut  
 asinos, aut aliud quidquam vestrum? sed con-  
 cupiscite vos quidquid occurrerit commo-  
 dum, aut delectabile in bonis alienis, sive u-  
 xor fuerit, sive domus, sive servus, sive ancilla,  
 sive bos, sive asinus, sive aliud quidpiam  
 libidini vestrae complacitum.

10. Nec est, quod hic quisquam recurrat  
 ad Dei omnipotentiam: nam hæc ad impos-  
 sibile & iniquum se non extendit; unde op-  
 time Theodoretus, nihil vult Deus facere, quod  
 natura non congruit. Natura autem est boni  
 natura, nihil ergo vult mali: natura est justus, ni-  
 hil ergo vult injusti: natura est verax, menda-  
 cium ergo respuit, natura est immutabilis

*mutationem ergò non recipit, & Augustinus,  
quod non potest iuste, non potest iustus.*

### PROPOSITIO IX.

*In rigore loquendo videtur, quod homo  
non teneatur unquam tempore vite  
sue elicere actum charitatis.*

II. Hanc propositionem Anno 1665. censuravit fel. record. *Alexander VII.* eandemque jam dudum ante scil. Anno 1657. ad requisitionem Episcopi Gandavensis improbat facultas Theologica Lovaniensis, & biennio post ab Episcopo Namurcensi in sua synodo Diocesiana circumscripta erat. Tenent eam saltem æquivalenter, quotquot docent, præceptum charitatis indirecte solum & ratione alterius obligare, tunc scilicet, quando impius, eo quod Sacramentum pœnitentiæ non est in promptu, non habet aliam viam, quâ se justificet, nisi eliciat actum contritionis, in quo actus charitatis involvitur: adeoque cessante hoc inconvenienti, si cui semper in promptu sit Sacramentum pœnitentiæ, nunquam tenebitur elicere actum

actum